



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quām brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Abbatissa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Tertiō, non potest conveniri cum cliente de quota litis parte, vel dimidia trina, vel quinta, & infra, *Navar. loc. cit. Sot. lib. 9. q. 8. art. ult. de just. & jure, tex- tus est in l. item, C. de procur. Navar. cons. 4. de pactis.*

Quarto, nec potest patrocinari am- babus partibus.

Quintō, nec ipse, nec procurator, vel judex potest retinere scripturas, seu instrumenta litigantis, sibi tradita, & con- signata pro mercede, & salario. *Capyc. decif. 2. n. 1. Boer. in dec. 15. & Bar. in l. si non sortem, s. si certum ff. de condic. indeb.*

Sextō, potest veritatem occultare ad- versatio si habet justam causam, *argum. cap. 1. 3. q. 4. Tiraq. de utro. retract. in pra- fat. n. 70. & c. dominus, 23. q. 2. vide Co- var. lib. 1. c. 2. var. resol. per totum, & nu. 1. & gloss. in c. cupientes, in verb. malignan- tium, & in Gem. de elec. lib. 6.*

Septimō, an possit esse testis in causa cui patrocinatur, vel pro parte adversa, vel deponere ea, quae sibi clientulus com- municavit, vel de quibus fuit consultus, vide *Vinc. de Franc. dec. 222. ubi quoad primum, tertium, & quartum, respondet negativē.*

Octavō, *Advocatus non potest esse, qui non est baptizatus, l. nemo, C. de po- stulat. c. qui nemo, de pœni. d. 1. & ibi Na- var. num. 2.*

Nono, *Advocatus potest esse in cau- sa appellationis, ille qui fuit judex in cau- sa principali, sive in prima instan- tia. Cap Tolos. q. 178. 86 ibi Addit.*

ABORTUS.

Quot pœnas censurasque reservatas Sedi Apostolicæ incurant abortus, etiam non animato foetu, vel sterili- tatis venena procurantes, auxiliantes, dantes medicinas, vel alia hujusmodi, vi- de Bullam Sixti V. editam anno Domini 1589. Vide *c. si quando, c. quod vero, cum sequentibus, 32. q. 2. & Sylvest. in ver. abortus: quibus pœnis subjiciantur in fo- ro exteriori, vide Cov. lib. 2. c. 20. ver. II. num. 9. var. resol. & in Clem. si furioses de homic. 2. p. §. 3. n. 1. vide etiam in l. Cicero, ff. de pœnis, & Fab. de Mont, in sua praxi arbitaria, super primaluera, ne thorum, p. 4. c. de crim. partus ejcl. & c. cum se- quentib. fol. 258. ubi præter spiritualia, ponit exceptiones adversus hoc facinus superscripto loco, fol. 240. vide Conc. VI. generale Constantinop. c. 91. ubi dicit puniri pœna occisoris, vide *c. si aliqua, & ibi Abb. de homicidio, & c. sicut, & ibi Abb. eo. tit. vide Bullam Greg. XIV. editam anno 1591. quæ reformat Bullam Sixti, de qua suprà. Secundō, si dubita- tur an abortus fuerit animatus, nec ne- præsumitur potius animatus quam non, Abb. in c. sicut, n. 7. de homic.**

ABBATISSA.

SUMMARIUM.

1. *Quot annorum debeat esse quando eligi- tur.*
2. *A quibus eligi debeat.*
3. *Quantum temporis duret in officio.*
4. *An possit eligi ex alia religione.*
5. *Alia officiales monasterii a quo eligantur*
6. *Quomodo eligi debeat Abbatissa.*

7. Ans



7. An valeat quietatio Abbatissae tempore infirmitatis facta procuratori in detrimentum Abbatissae successricis, & monast.

Ad primum. Præter ea, quæ habentur in jure communi, prout in c. indemnitatibus, de elect. lib. 6. dicam quæ de jure novissimo solum pro practica; & primum Abbatissa, seu præfecta monasterii debet eligi non minor annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Secundò, si his qualitatibus non reperiatur in eodem monasterio, ex alio ejusdem ordinis eligi potest. Tertiò, si hoc etiam incommodum superiori, qui electioni præfest, videatur, ex iis quæ in eodem monasterio annum trigeminum excesserint, & quinque saltem annis post professionem vixerint, Episcopo, vel alio superiore consentiente eligatur, Concil. Trid. fff. 25. c. 7. de refbr. regul. Quartò, declarat. sac. Congreg. in meis. n. 227. cœsuit in hæc verba: *Abbatissa, licet per quinquennium non permanserit in religione, dummodo excedat triginta annos, & id fiat ad requisitionem suarum monialium, & de licentia superioris, dummodo laudabiliter superiore anno in officio e gesserit, confirmari per biennium paterit.* Quintò, an sufficiat attingere dictam ætatem, vel requiratur, quod expleverit, vide c. sanctimoniales, 20. q. 1. & cap. diaconissam, 27. q. 1. & Nav. c. 25. n. 116. Sextò, quod non sufficit, quod sit professa tacite, sed requiritur quod sit professa expressè, quia hoc clare dicit Concilium: & quomodo professio debet fieri expressè, vide in ver profissionis. Septimò, quod quando Conc. lo-

quitur de priorissis & aliis præfectis monasteriorum, debet intelligi, non quando regitur per Abbatissam primò, secundò per priorissas, seu Vicarias, & inde per alias officiales, sed debet intelligi, quando monasterium regitur vel per Abbatissam, quæ est ut caput, vel per Priorissam, vel per præfectam, & sic habes, quod circumstantias, de quibus supra illas sola debet habere, quæ eligitur in capite regiminis. Nam Gemin. in d. c. indemnitatibus notab. §. dicit, quod non est differentia in modo eligendi Prælatum, licet diverso nomine nuncupentur, & facit text. quia jura loquentia de Abbatissa, locum habent etiam in Priorissa. vide Sylvest. in ver. elect. 4. n. 7. §. 6. & text. in d. c. indemnitatibus, & gl. ibi, in ver. gubernatur. Octavò, quid si deficeret tertia conditio, i. quod reperiretur aliqua quæ excedat triginta annos, sed si non stetit per quinquennium in professione, quid agendum? tunc respondeatur, quod recurrentum est ad declarationem, quæ allata est superius. Nonò, quid si non reperiretur aliqua in monasterio, quæ non excedat triginta annos? ad hoc respondeatur, quod omnino debet esse talis. Ratio, quia datur forma, & ubi verba dant formam, si actus fiat non servat illa formam, actus est nullus ipso jure. Bart. in l. Gallus, in prima columna, ff. de lib. & posthum. & multa alia, quæ accumulat Gom. in c. fin. §. si vero, de judic. lib. 6. nu. 19. & 20. Decimò, dicet quis, si non posset eligi in Abbatissam, vel præfectam in capite regiminis, quia non habet requisita, prout superiorius, ad minus eligeretur in Vicariâ: ratio est, quia

E 2; sufficit

sufficit adimplere per æquipollens aliquid quod non potest per formam propriam; ad hoc respondet primò, quod hoc non est verum, quia quando in aliquo actu est data forma, non sufficit illam adimplere per æquipollens, sed debet ad unguem observari, ut tradit Alexand. in l.1. col.2. ff. de lib. & posthum. & multi Doct. quos citat Gom. in c.1.n.18. de const. lib. 6. Undecimò, urget quis; quid si non inveniretur in monasterio talis? Respondetur quod recurendum est ad tria illa remedia Concilii, ut vel aliunde, vel alias, & hoc fundatur in ratione, quia in persona, quæ vult regere alias, duo requiruntur, gravitas morum atque ætas, & experientia regionis, & hanc parturit professio, argument. eorum, quæ dicit sac. Concilium Trident. sess. 23. c. 2. & c. 14. derefor. & in c. juven- culas, 20. q. 1. & ratio rationis est, quia Abbatissa est velut præsidens, & vocatur presbytera à sac. canon. c. mulieres, 23. d.

Ad Secundum. Concilium non statuit, à quibus debeat eligi & confirmari, sed id relinquit dispositioni dict. c. indemnitatis, ubi habetur, quod eligi debeat à monialibus ejusdem monasterii, & quod non habeat vocem in electione illa, quæ non sit duodecim annorum, & sit professa tacite, vel expressè, & debet confirmari ab ordinario loci: sed si monasterium immediate est subditum Papæ, à Papa, vel Legato illius provincie debet confirmari, ut patet per capitulum s. Abbatoris, de elect. lib. 6. Sylvest. in ver. Abbatissa, n. 4. §. 1. & Ang. in ver. confirma- tio, §. 4. Hic est dubium, quia in d. capitulo indemnitatis, dicitur, quod dans

vocem, debet esse duodecim annorum, & quod sit professa tacite, vel expressè, an hodie possit dare vocem illa, quæ jam est duodecim annorum, quia in tali æta- te suscepit habitum, per c. 17. Concil. Trid. sess. 25. sed non est professa nec ta- citè, nec expressè, quia nondum haber sexdecim annos & per c. 15. ead. sess. re- spondetur quod non, sed si excederit sexdecim annos, & perseveraverit per an- num in religione, & non emiserit profes- sionem expressam, cum jam censeatur professa tacite per c. periculofo, de stat. re- gul. lib. 6. & c. 1. de reg. cod. lib. & c. ex parte, de reg. extra, quod tunc posset dare vo- cem, quia in hoc sac. Concil. non derogavit juri antiquo, vide Panor. in c. vidua, num. 7. de regul.

Ad Tertium Greg. X'II. Bulla sua, quæ est 84. fol. 1321. in recentioribus im- pressis statuit, ut Abbatissa, & aliæ mo- nastrorum Præfectæ eligant non ultra triennium & ita servatur in praxi.

Ad Quartum. In Clem. 1. de elect. pro- hibetur, ne religiosus aliquis in Abba- tem, vel prælatum alterius religionis, vel habitus de cætero eligatur, dans ratio- nem: quia rationi non congruit, ut ho- mines disparis professionis, vel habitus simul in eisdem monasteriis socientur, & haec est ratio rationis, tum quia non convenient in professione, quia Bene- dictinæ ordinis B. Benedicti faciunt professionem ptimò, & postea conse- crantur: Franciscanæ scimel, & simul profitentur, & velantur, tum etiam quo- ad officia divina sunt diversa Breviaria, & sunt etiam diversæ observantiae, & ceremoniæ, ut patet in Clem. ne in agro do- mnico,

mico, cum similib. Accedit etiam quod Con. c. 7. in secundo remedio, dicit, quod eligatur ex alio ejusdem ordinis monasterio, & non loquitur de alio alterius ordinis, etiam si in extrema necessitate coactetur electio, & ne miteris, quod dicta Clem. 1. de elect. loquatur de mari- bus, Abb. in d. Clem. num. 1. & appella- tione monachorum veniunt moniales, Abb. in c. de monialibus, n. 3. de sentent. excom. quia idem est de foeminis propter indemnitate in rationis. facit c. in nova a- ctione 16. q. 7. ubi dicitur: in uno. n. eo- demque officio non debet dispar esse professio, dicente Domino ad Moyfen, Deut. c. 22 Non arabis in bove & asino, i. homines di. versæ professionis in officio uno non sociabis, vide Gom. de grat. expct. num. 71. & c. officii, ext. de elect. & licet Abbas & Abbatissa debeat eligi de ordine suo, tamen si fuerit expediens, potest eligi de alieno, & sic de abbatissa. Abb. in c. officii, n. 1. & 4. de elect.

Ad quintum. Secundum diversas re- gulas, sic diverso modo vocantur illæ, quæ eliguntur ad regimina monasteriorum: in regula. n. S. Benedicti, Abba- tissa eligitur in capite, postea Priorissa: in regula S. Francisci Abbatiss, & postea Vicaria, & quia diximus de electione Abbatissæ, & alieniarum, dubitatur mo- dò primò, an idem observari debeat in electione aliarum officialium monasterii, quod in electione Abbatissæ. Secundò, an requiratur confirmatio Superiorum. Ad primum respondetur ex dictis supe- riors §. 1. quod non. Ad secundum re- spondetur quod Conc. nihil disponit de i- stis, se sac. Cong. num. 24. sic censuit.

Moniales, que à cap. sui monasterii electæ sunt in officiales, ut bona illius monasterii administrent, possint in hujusmodi officio perseverare, quamdiu superioribus mona- sterii vizum fuerit; & sic videtur primò non currere triennium officialibus istis, nec confirmatio superioris est necessa- ria, nec circumstantiae aliquæ; de quibus suprà, sed in quibusdam locis sunt istæ officiales per gradum professionis.

Ad sextum. Dico primum, quod elec- tio potest fieri tribus modis de jure anti- quo. Primo, per modum scrutinii, ut s. à duabus partibus eligatur, vel compro- missi, vel inspirationis, c. quia propter ext. de elect. Armil. in ver. Abbatissa, n. 8. Sylvest. in ver. electio 3. n. 7. usque ad finem. Secundo, Concilium verò cap. 27. videtur solùm admittere viam scrutinii, & inspirationis, nam ita disponit; is verò qui electioni præst Episcopus, sive alius superior claustra monasterii non ingredia- tur, sed ante cancellorum fenestrallam vota singularium audiat, & sac. Cong. declar. q. 16. sic censuit, in electione Abbatissæ E- piscopus potest una cum Vicario suo, velsé- cretario, vel alio ab ipso assumpto, vota sin- gularium monialium ore tenuis expressa au- dire. Tertiò, ista electio debet fieri per vota secreta singularium eligentium, ita ut eligentium nomina nunquam publi- centur, Conc. c. 6. ibid. at si non fiat se- cretè, non valet electio, quia esset con- tra formam Concilii. ita Gemin. cum multis, in c. cum expediatur, vers. sed pone quod canonici, de elect. lib. 6. & ita fuit decisum Romæ, in electione Provincia- lis Carmelitanorum provinciæ terræ La- boris regni Neapolis, qui fuit electus

E 3

una-

uianimi consensu unica voce, omnibus fratribus acclamantibus, Eligimus tallem: tamen quia non fuit electus per vota secreta, fuit declarata irrita elec^{tio}, & loco illius fuit alter electus. Ratio est, quia forma est essentialis, data à sacro Concilio, quam non licet alterare, prout dictum est §. 1. superius.

Ad septimum. vide Affl. decif. 168. n. 2. ubi in facto respondetur negativè.

A P O S T O L I.

PRIMÒ, Apostoli in judicio unde dicuntur, quorū sunt genera ipsorum, vide gloss. in c. 1. in ver. petat apostolos, in addit. de appellat. & Pengam. in com. 31, super. 3. par. Direct. inquisit. & Hostien. insum. tit. de appellat. §. qualiter, ver. dicuntur autem Apostoli.

SECUNDÒ, terminum ad petendum Apostolos, vide in c. ab eo, de appellat. lib. 6. qui est trigesima dierum, licet hic terminus possit restringi à judice à quo. Clem. 2. & ibi. gloss. de appellat. Maran. 6. p. de appell. n. 223. & Clem. quamvis, & ibi glos. in ver. centum, eo titul.

TERTIÒ, terminus ad recipiendum currit à die sententiæ, si pars habuit de hoc notitiam, secus, à die appellationis, decif. Rota 5. in novis. de appellat. & gl. in c. ab eo, in ver. trigesima dies, loc. cit. n. 222.

Quartò, quomodo debeant peti, vide dictam Clem. 2. & d. c. ab eo, & ibi gl. in ver. instanter.

Quintò, an debeant dari clausi, & sⁱgillati, vide gloss. in d. Clem. 2. in ver. oblatos, in fin. ubi videtur dicere quod non clausi, argum. c. intimasti, extra, de appellat.

Sextò, apostoli tradendi sunt appellanti non autem appellato, quia appellatus potest prosequi appellationem in causis sibi permisis, licet non petierit Apostolos. Gemin. in cap. ut super noeab. 1. per illum tex. de appellatione libro 6.

A T T E N T A T A.

PRIMÒ, an līte pendente attentata sunt revocanda; vide Affl. decif. 131. numero 1. & non impediunt quā minus procedatur in causa principali, adde Cap. decif. 72.

Secundò, an prius diluenda, quām eatur ad negotium principale, idem dec. 98. num. 3.

Tertiò, attentata sunt revocanda in qualibet parte līti, idem Affl. decif. 352. num. 4.

A L T A R E.

PRIMÒ, altare est duplex, stabile, & portatile; potest esse lapideum, & ligneum, sed primum potest solum chrismatis unctione consecrari, non secundum, & passim videmus ut altaribus ligneis. cap. altaria. lib. 1. de consec. d. 1.

Secundo, quantæ debeant esse magnitudinis, videto pro praxi instructiones positas in actibus ecclesiæ Mediolanensis, ubi pulchra habetis in ut. de altaribus.

Tertiò, in altari nuper ædificato, & non consecrato potest celebrari, modo adsit altare portatile, & sit in Ecclesia, in qua de licentia Episcopi consuevit celebra-

